



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

20. Exequetur legitimus commissarius, testamentario malè executo,
praeueq[ue] arbitrato. Et qualiter se gerere debeat. vide num. 21. 22. 23.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

recuset exequi, maximè causam piam, quod perdat omne lucrum, quod ex ipsa voluntate suscepturus erat. Et vendicabitur per dominum episcopum cum fructibus medij temporis: vt in authen. de eccle. tit. §. si quis autem pro redemptione. & §. seq. & in Spec. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua versic. §8. queritur, in vers. legitimi.

20 † Nonò legitimus exequetur commissarius: si testamentarius malè fuerit executus, maleq; arbitratus. super quo Spec. in §. nunc aliqua versicu. quid si malè. tres refert opiniones.

21 Prima fuit † Roff. ex c. quintanallis. & c. veniens. de iureiuran. & c. cum in causis. de electione. quod episcopus non debet sequi eius arbitrium, sed factum tractare, & per se adimplere: vt l. pater. aliàs incipit quidam §. Papi. ff. de administ. tuto. l. vt gradatim §. 1. ff. de mune. & hono. & extra de arbit. c. olim.

22 Secunda † verò est opinio, quod predicta procedent, quãdo certum fuerit, quod commissarius malè fuerit executus. Sin autem sit dubium, putat recurrendum ad arbitrium boni viri. c. licet. vltra medium. de regularibus &

tran-

transeuntibus ad religionem. l. fin. C. de con-
trahen. empt. l. hæc venditio. ff. eod. tit. l. si so-
cietatem. S. arbitrorum. ff. pro socio.

Tertia est † opinio, quod si fuerit executus, 23
quod tanquam officio functus, amplius non ar-
bitretur: arg. l. iudex. ff. de arbit. l. differen-
tiæ. de offic. delega. c. in literis. sed si non est ar-
bitratus, tunc cogendus erit arbitrari: vt
ff. de arbit. l. quid tamen. de testam. c. tua.
de electione. c. cum te. prope si. sed omnes opin.
coniungendæ sunt: vt veritas habeatur inci-
piendo ab vltimo ad primam & secundam.

† Decimò, dominus episcopus vel alius le- 24
gitimus commissarius exequetur, si commis-
sarius prius mortuus fuerit quam exequere-
tur, vel eius voluntas declaretur: quoniam ipse
dominus episcopus declarabit: vt d. l. nulli s.
1. C. de episc. & cle. c. tua nos. de testam. & in
authen. de eccle. tit. S. qui autem. Quanquam
nonnulli dicerent, hoc legatum in causam quasi
caduci fore, quod minimè verum est: vt dixi
suprà circa. 4. casum. Et inde Spec. in S. nunc
aliqua. ver. sed pone, quod prius. 7.

Vndecimò, commissarius † legitimus exe- 25
K quetur